



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 70. Commendoni discessus in Angliam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

§. LXX.

Sæcul. XVI.
A. C. 1553.*Commendoni discessus in Angliam.**Pallav. l. 13.
cap. 7. n. 3.*

Ceterum Dandinus nullo speciali mandato Commendonum instruebat, sed ei media, quæ pro temporis, rerumque vicissitudine magis opportuna censebit, arripiendi libertatem relinquebat, cum multa tum forte occurrentia prævideri haud potuerint; præcipue vero eidem religiosam commendabat taciturnitatem, ac præcipiebat, ut nemini rem communicaret præter Venetæ Reipublicæ Oratorem, ad quem tum Londini agentem ejusdem Reipublicæ Legatus, qui in Cæsaris aula morabatur, commendatitias transmiserat literas. Igitur Commendonus solus Bruxellis proficiscitur, sui que discessus ratione nulli manifestata Gravellinam pervenit, inde vero conscensa navi in Angliam contendit, ubi conductis duobus famulis tam regionis, quam linguæ gnaris itineris sui causam esse simulabat, quædam debita nonnihil implicita, quæ pro se exigere a Patruo suo Mercatore Londini demortuo jussus fuisset. Itaque a nemine cognitus mutato proprio nomine Londinum pervenit, eo ferme tempore, quo Regina non ita pridem hanc Metropolin fuerat ingressa. Verum brevi experiri cogebatur violentias hære-

Hist. Eccles. Tom. XLI. S s tico-

sæcul. XVI
A.C. 1553

ticorum, qui Londini adhucdum præ-
valebant, atque Reginam veluti obli-
dione cinctam tenebant, ac sub obse-
quiosæ custodiæ prætextu cuique extero
aditum ad ipsam prohibebant, & stu-
diose omnem semper Religionis muta-
tionem præpedire satagebant, veriti,
ne Ecclesiarum bona inique usurpata
reddere cogerentur; insuper hosce hæ-
reticos admodum sollicitos tenebat ma-
trimonium Reginæ suæ, quam a Cæsare
Philippo de Hispania Filio suo despon-
sandam suspicabantur.

§. LXXI.

*Privatim cum Regina conferendi op-
portunitas Commendono oblata.*

Pallav. l. n. 4. Inter hosce tumultus Commendonus op-
portune offendebat Joannem Leeum
nobilem Anglum religione Catholicum,
qui regnante Eduardo, ut in fide ortho-
doxa persistere posset, ultroneo sese exi-
lio multabat, atque in Italiam profu-
giens arctam ibidem amicitiam cum
Commendono contraxerat: sub primis
vero novi Regiminis auspiciis inde in
Angliam reversus erat: Igitur Commen-
donus hujus Viri opera sibi aditum ad
Reginam parare tentabat, nec tamen
statim eidem itineris sui causam mani-
festabat, sed plurima ex eo de Aulæ
statu, ac præsentis rerum vicissitudine
seiscie-